Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26000
Copyright: Admont, Benediktinerstift

filium non habeat. & pugnando usq; ad victoriam. tollat eius primogenita. Item
& in fortitudine sua inquit directus est cum angelo & invalluit ad angelum. & con
fortatus est. fleuit & rogauit eum. Notam hystoriam contigit videl. quia cū
reuerteret iacob de mesopotamia. traductisq; omnib' que ad se pertinebant trans
uadum iabohc. remansisset solus. ecce uir luctabat cum eo usq; mane. Qui
cum uideret qd eum superare non posset. dixit ad eum. Dimitte me iam enim
descendit aurora. Respondit. Non dimittā te. nisi bndixeris mihi. & bndixit
ei in eodem loco. Ergo qui ñ solum iacob. uerum etiā israel ueracit dici uel ee
uult. similiter in fortitudine sua. i. in fide sua dirigat cum xpo magni consilii
angelo. & invalescat ad angelum hunc. videl agendo penitentiā. & faciendo dig
num penitentie fructum. Nam qd ait & confortatus est. subiungens. fleuit & ro
gauit eum. recte dicas de fortitudine penitentium. qui reuera fortes sunt. flendo
instanter. & rogando pseuerant remissionem peccatorum. uerta illud. A diebus autem
iohannis regnum celorum patitur. & uiolenti diripiunt illud. Quisquis talis
imitatur patrem iacob. qui cū angelo luctatus est. & tamqm victor bndictio
nem exegit abeo. hic numerum quacq; ex gente uel natione sit. uere ē iacob.
& dici meret israel. Addidit ad hoc. In bethel inuenit eum. & ibi locutus est no
biscum. & dns ds exercituum. dns memoriale eius. Patenter hic angelum cū
quo directus est siue luctatus. ille patriarcha iacob. ipsū asserit fuisse dnm.
& dns ds exercituū. dns memoriale eius. Nam eum que supra inuenerat in bethel.
ipsū fuisse dnm. scptura testis est. Sic enim scptum est. Vidit q; in somnis sca
lam stantem super terram. & cacumen illius tangens celū. angelos quoq; dei ascen
dentes & descendentes per eam. & dnm innixum dicentem sibi. Ego sum dns ds
abraham. pater tuus. & ds ysaac. In bethel q inuenit eū scit angelum. cū q
luctatus est post modū. qui & dixit ei. Quia si cont dm fortis fuisti. quanto magis
ptra homines pualebis. Interpretatur autē bethel domus dei. Ergo & quisquis
inualescere cupit. ad illum talem angelum. ut flentib' tamqm victor optineat
remissionem peccatorum. in bethel queat. ut inueniat eum. i. in domo dei. que
est ecclia. Nam extra istam dei domum nullus est locus. in quo inueniat quis
eum. uel in quo suū cuiquā impniat aloquiū. Vnde nunc ait. Ibi locutus
est nobiscum. Quis uel quantus iste sit. quem uel tunc ille iacob in bethel inue
nerit. uel nunc inuenire debeat in domo dei quisquis eius iacob siue israel se
men ueracit meret nuncupari. manifestius exponit cum prius dicit. Et
dns ds exercituū. dns memoriale eius. Nam reuera hic magni consilii an
gelus. dns est. dns inquā ds exercituum. omnium uidet creator & rex angelorum